



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 5. Terræ motu puniti etiam illi, qui sua terra contenti non fuerunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

§. V.
*Terra motu puniti, etiam illi, qui sua terra
 contenti non fuerunt.*

Pontan.
 de Forti-
 tud. he-
 roic li. 1.
 cap. 8.

Diodor.
 li. 11.

Sabell.
 lib. 3.
 En. 6.

Hæc vel singulos, vel paucos duntaxat pleraque tetigerunt. Pontanus refert, in Hirpinis, grauiſſimo terræ motu, tota oppida non quaſſata tantum, ſed etiam funditus euerſa. Ea ſtrage, in Samnio, Lucania, atq; illa Campania parte, quæ cis Lirim eſt, ad quatuor & viginti hominum millia ceciderunt. Diodorus memorat, circa Olymp. 78. Spartæ, complures domus magnis terræ motibus concuſſas, funditus corruiſſe; ſupraque viginti millia Spartanorum ruinis obruta interiſſe; ac deinceps aſſidue, per longum tempus, vrbe ita terræ motu concuſſâ, ruentibus ædificijs, multa mortalium corpora cadentium murorum mole obruta expiraſſe: rerû etiâ opumq; & ſupellectilis cuiuſq; generis haud exiguâ quantitatem ſoli tremore abſumpta. Ex Trogo narratur, cùm Tigranes Armeniae rex Syriam occuparet, eam crebris terræ motibus fædè vaſtatam eſſe. Qua clade centû ſeptuaginta Syrorum millia multa, que vrbes vnâ interierunt. Quod prodigiū mutationem rerum, quæ poſtea ſecuta eſt, portendit.

portendere, aruspices responderunt. Sed videtur potius terra novos incolas auersata, ad eorum aduentum cohorruisse. Qui enim terra non sunt contenti sua, digni fiunt, vt pereant in aliena; quæ sæpe, vt Alexandri equus fessorem, indignum possessorem excutit.

§. VI.

Terra alio migrantes, vel trementes, etiam profunt.

Quamuis nonnunquam, terra quoque ipsa ad alios migrat digniores. Quo pacto, in Italia, cum terra, per quadraginta continuos dies quateretur, villa quædam mota, Anno 1117. ad alium procul diffitum locum transfuolauit. Et sæpius ita tellus tremuit vibrauitque. Talis enim motus abtulit insulas mari, junxitq; terris: Antissam Lesbo, Zephyrium Halicarnasso, Ethusam Mindo, Dromiscon & Pernen Mileto, Narthecusam, Parthenio promontorio. Aliæ multæ insulæ à Plinio recensentur, loco motæ, vel absorptæ, vel interruptæ haustæque. Quin etiam nascuntur, hoc modo, terra ac repente in aliquo mari emergunt, velut patriæ secum faciente natura, quæq; hauserit hiatus, alio loco, reddente. Vsq; adeò etiam prodesse

Ranulph: lib. 7. c. 15.

Plin. 1. 2. nat. hist. cap. 89.

Ibid. c. 86.